

Car. 7. 07. 1.

BARNABAE

BRISSONII

IN REGIS CONSISTORIO

Consiliarij, & in supremo Senatu
Parisiensi Præsidis.

DE VERBORVM QVAE AD IVS
PERTINENT SIGNIFICATIONE

LIBRI XIX.



14589



PARISIIS,

Apud SEBASTIANVM NIVELLIVM,

sub Ciconiis, via Iacobæa.

M. D. XCVI.

Cum Privilegio Regiæ.



HENRICO III. CHRISTIANISSIMO & INVICTISSIMO FRANCORUM & NAVARRORUM REGI.



CCE tandem aliquando, Rex Christianissime, conceptum ac iam pridem ab auctore destinatum M. T. opus offerimus, tardiùs profectò si publica spectetur vtilitas, si vota eruditorum virorum & incredibilis eius habendi fruendi cupiditas: at non intèpestiuè tamen, cùm post immensum tuæ gloriæ cursum in conficiendis periculosissimis & internecinis bellis, reportatòsque non vnus victoriæ triumphos, ita nunc pacatas gentes regas, vt omnibus bellicæ virtutis admirationem, solis exteris & Gallici nominis hostibus terrorem incutias. Ex quo iam qui fortitudine, armis & clementia tua conseruati sunt, te imperio terrarum orbis dignissimum, vt regem fortissimum venerantur, vt parentem clementissimũ obseruãt, tam effuso certè animi gaudio & applausu, vt se quisque non minùs sæpe à te seruatum, quàm semel natum lætetur. Atque vtinam vt ruentium in laudes tuas populorum preces & vota iuuare, sic lætantium voces adaugere fas esset, nec mihi solitudinem ac perpetuas potius tenebras extincto lumine meo, hoc est coniuge carissimo tibiq. addictissimo furentibus coniuatorum conatibus erepto, viduitas imponeret! Quanquã durissima mea & læguentia tempora aliquid solatij, si quod potuit capi



DE VERBORVM QVAE
AD IVS PERTINENT SIGNI-
FICATIONE.

LIB. I.



VERBORVM quæ ad ius pertinent interpretationem, secundum seriem litterarum, recepto iam more, persequar, ut perquirendi labore ac molestia, eos quibus liber hic vñ erit, lenem. Nec enim faciliori via lector ad eius, in quo laborabit, vocabuli inuestigationem peruenire posset. Proinde recte atque ordine ab ea potissimam particula auspiciabor, quæ primum inter elementa locum obtinet, reliquarumque vocum, quarum explicatio priore hoc libro continetur, quasi familiam ducit. Notarios quidem, quibus, ut cum Manilio loquat, *littera verbum erit*, huius litteræ compendio integras plerasque voces strinxisse ex Valerio Probo, Magnone, & antiquis Inscriptionibus liquet. Mihi, ut ea quæ ad huius libri institutum promissis accedunt, attingam, monuisse sufficiet, notam A, in Comitialibus Suffragiorum Tabellis, Antiquandi, in Iudicialibus, Absoluendi vim potestatemque obtinuisse. In libris verò nostris dignam ea in aliquot locutionum Formulæ obseruatu significationem habet. Ut ecce, *PER AME possidere* dicitur, qui me vñ deiecit, mihique possessionem abstulit. *CLAM AME possidere*, qui meum fundum clam, & furtiue ingressus est. l. 1. §. si a me. D. de vi & viar. l. 1. D. vti possid. l. 4. §. si tu tne vi. D. de vsucapionib. & apud Cicer. pro Cæcina. Eodemque sensu in Edictis Prætorum, *AB ALIQUO Aedes possidere*, *AB ALIQUO Aquam ducere: Trinere, Actus*, *AB ALIQUO vti*. l. 1. D. vti possid. l. 1. D. de aqua cottid. l. 1. D. de riuis. l. 3. D. de fonte. l. 1. & l. 3. D. de itin. actûque. *Edificatum* etiam *AB ALIQUO habere* dicitur in l. 45. D. de dam. infect. qui in eius, licet non consentientis, solo ædificium posuit. Sic denique, *AB ALIQUO fundum pro herede possidere* accipimus in l. 21. D. de vsucap. & *AB ALIQUO precatum habere*, in l. 6. D. de precat. iam vero vñam esse propositionem *abs*, cumque suis temporibus in acceptitantum Tabulis mansisse, in reliquo sermone mutatum, Cicero in Oratore tradit.

A Filio, Liberto, Seruo, Secundo herede, Substituto, Legato, Relinqueri, Legata Repetere, Testator dicitur, qui *Filium, Libertum, Seruum, Substitutum*, damnat aliquid dare, præstare. Pleni sunt testimoniocum libri, ex quibus pauca aliquot locutionis cuiusque exempla subieci. Ea sunt in l. 15. D. de aliment. & cibar. l. 20. l. 25. §. vlt. & l. 29. D. ad l. Falcid. l. 91. D. de legat. l. 51. & l. 52. D. de legat. 1. l. 6. D. de auro, arg. l. 64. D. de furtis. Exempla quoque Cicero pro Cluentio, & Topicis, suppeditat. *A Libero*, id est, quandiu liberi supererunt, l. 62. §. cum vis. D. de condic. & dem. *A legato solutus*, id est, post legata soluta. l. 76. §. vlt. D. de legat. 1.

A Sententia, id est, post sententiam latam, l. vlt. D. de interd. & relog. *A morte Testatoris*, id est a die mortis, l. 87. D. de legat. 1. *Ab his* pro ex his, seu ex eorum numero l. 34. D. de vñ & vsufr. *Ab hoc legato retinere*, pro ex hoc, l. 28. D. de liberat. leg.

Potro hæc præpositione *Ab*, gradus generis & solum versum, & deorsum, proferri produciq; a Latinis solent. Nam Proavi paterni vel materni, patrem, matrem, *AB AVVM, AB AVIAM QVE* appellant; ea voce (quod & Festus lib. 1. tradit) demonstrantes, eos ab Avo abesse, & illum, Aui Auum, hanc, Aviam esse. Quibus nominibus etiam Proavix paternæ, vel maternæ, patrem, vel matrem, designamus, l. 1. D. de gradibus & adfinib. Theophilus Latini sermonis rationem secutus, *Ἀβία* πρὸς τὸν πατέρα ἢ τὴν μητέρα vocat. Glossarium vetus, *ABAVVS, ABAVIA* πρὸς τὸν πατέρα ἢ τὴν μητέρα, *ABAVIA* quinta, *Προαία* πρὸς τὸν πατέρα. Similiter *Abavi* paterni vel materni, fratrem, sororem, *AB PATRVVM, AB AMITAM*: *Abavia* paternæ, maternæ, fratrem, sororem, *ABAVVNCVLVM, & AB MATERTERAM* dicimus, l. 3. D. de